

NUMMI CASTRENSES

JOANNIS FRIDERICI ELECTO-

ris Saxoniae, & Philippi Landtgravij Hassiae, armis
contra Henricum Brunsvicensem sumptis.

Anno Christi 1542.



Um Henricus Dux Brunsvicensis gravissimis calumnijs atque invektivis, repurgatæ religioni ad dictos peteret: ortisque varijs per Saxoniam locaque finitima incendijs complures depræhenderetur: qui habitâ quæstione à præfectis & familiaribus Henrici Brunsvicensis se conductos, atq; submissos fuisse, confiterentur: Insuper etiâ Henricus ipse Goslarium & Brunsvicum Smalcaldici foederis civitates, perpetuis excursionibus, atque rapinis

vexaret, neque Cæsaris & Ferdinandi Regis pareret edictis, qui rogatu Protestantium, vt ab omni vi temperaret, mandaverant: bellum ei Saxo & Landtgravius communi sociorum nomine indicût, brevîq; tempore suam in ditionem ipsius agrum omnem perducunt, & arcem non procul ab Urbe Brunsvico positam Wolfebutelum, in quâ spem omnem collocaverat, deditione capiunt. Ipse non diu commoratus: adventante jam hoste fugâ sibi salutem petit, & ad Bavaros, cum natu maximo filio Carolo Victore contendit. In ea quam diximus arce complures repertæ sunt literæ, quibus liquidò doceri potest, quid ipse, quid Bavari, quid

Moguntinus, quid Heldus, & alij nonnulli conati sint. *Sleidanus.*